



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archidiacono, Præposito, & H. de Novavilla Canonico Ambianensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

hæc, ex parte ipsius fuit propositum coram nobis quod cum causam quæ inter G. Clericum & quosdam laicos Leodiensis diocesis super quadam terra noscitur agitari, Decano sancti Iohannis in Burgo & coniudicibus suis sine commissis debito terminandam, orta discordia inter quosdam servientes ipsius Ducis & Clericum memoratum, unus eorum eundem Clericum ausu temerario usque ad sanguinis effusionem & gravem læsionem oculi verberavit. Propter quod præfati iudices in dictam Ducem, licet absentem & in seium huius facti, excommunicationis & in terram eius interdicti sententias protulerunt, pro quibus relaxandis fuit nobis nihilominus supplicatum. Ideoque fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus memoratum Ducem moneas attentius & inducas ut sequela præfati Ottonis penitus abjurata, se catholice parti potenter & patenter adiungens, super damnis quæ irrogavit Episcopo antedicto ei satisfaciat competenter, vel componat amicaliter cum eodem: quæ cum fuerint adimpleta, præfato Duci juxta formam Ecclesiæ auctoritate nostra beneficium absolutionis impendas, & relaxes sententiam interdicti. Illum verò qui verberavit clericum jamdictum tamdiu appellatione remota &c. Tu denique frater Archiepiscopo &c. Datum Laterani v. i. i. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

ARCHIDIACONO, PRÆPOSITO,
& H. de Novavilla Canonico
Ambianensibus.

Epist. 17.
De absolutione
Majoris & Iu-
ratorum Lau-
denensium.

Dilecto filio nostro Petro sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinale dilecto filio Guidoni Canonico Laudunensi procuratori Capituli & Anselmo nuntio Majoris & Iuratorum Laudunensium auditore concessio, pro parte Capituli fuit propositum coram eo quod cum Major & Iurati prædicti quendam hominem Ecclesiæ minus iuste cepissent, & eum monente Capitulo nec reddere nec saltem recedere secundum approbatam consuetudinem Laudunensis Ecclesiæ voluissent, licet offerretur eisdem in omnibus iustitiæ complementum, Capitulum auctoritate ipsis ab apostolica sede concessa, per quam in molestatores eorum ecclesiasticam possunt exercere censuram, in ipsos excommunicationis sententiam promulgarunt, quam dilectus filius Laudunensis electus exigente iustitia confirmavit. Vnde petebat procurator jamdictus ut sententiam

faceremus eandem usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. Nuntius autem adversæ partis proposuit quod cum olim Major & Iurati, Scabini & universitas communis Laudunensis transmissa nobis intimaverint questione quod per excommunicationem & interdictum sine causa rationabili ab electo & clero Laudunensis sæpius gravarentur, illis duximus inhibendum ne in ipsos seu terras & familias eorundem sine rationabili causa excommunicationis & interdicti sententias promulgarent, decernentes huiusmodi sententias, si quæ post appellationem ad nos legitime interpositam proferrentur, penitus non tenere, super hoc venerabili fratri nostro Atrebatensi Episcopo usque ad triennium eis conservatore concessio. Vnde ad ipsum post prædictam sententiam habuere recursum. Sed licet fuisset coram ipso à partibus diutius disputatum, parte Capituli ad sedem apostolicam appellante, per eum, cum appellationi detulerint Major & Iurati, nequiverunt iustitiam obtinere. Vnde petebat nuntius prædictus per nos denuntiari sententiam esse nullam. Intellectis igitur iis & aliis coram Cardinale propositis memorato, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus à Major & Iuratis prædictis super iis pro quibus est in eos lata sententia sufficienti cautione recepta, sententiam ipsam secundum formam Ecclesiæ protinus relaxetis, & nisi sufficienter ostenderit infra tres menses eandem sententiam irrationabiliter fuisse prolatam, vos eos ad satisfaciendum Capitulo, sublato appellationis obstaculo, per censuram ecclesiasticam compellatis; audituri postmodum si quid fuerit quaestio- nis, & illud appellatione remota sine canonico decisuri, facientes quod decreveritis districtione simili firmiter observari. Quod si non omnes iis &c. duo vestrum &c. Datum Laterani i. i. r. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

CAPITULO ALEXANDRINO.

Gratia quam apostolica sedes terræ vestræ ab ipsa sui fundatione noscitur impendisse adeo est vobis & aliis manifesta ut nos eam, quam abundè opera protestantur, verbis nequaquam oporteat recensere. Verùm habitatores ejusdem, quos si etiam prædecessorum nostrorum erga eos beneficia universa cessarent, ea sola quæ nos ipsis contulimus ad perpetuam apostolicæ sedis devotionem & nostram sufficienter poterant obligasse, omnino præterito-

Epist. 18.
Confirmat sen-
tentiam Legato-
rum.
Vide lib. 15.
Epist. 158. 159.